

## De operibus misericordie xx

tius aliquantulum inquinatur ad minus per cogitationes et delectationes malas. Unde Hieronymus. Crede mihi non potest cum dño toto corde habitare: que feminarum actibus copulatur. Quae autem cohabitatio et familiaris conuersatio mulierum multum est occasio ruine patet per tale exemplum. Legitur in vitis patrum. Senex quidam erat qui cum incurrisset egritudinem magnam seruebant ei fratres. Et videns senex quod fratres occuparentur cum eo dixit. Eadem in egyptum ut non impediam fratres istos. Et dixit ei abbas moyses. non vades quia fornicationem incursumus es. Ille autem contristatus dicebat. Mortuum est corpus meum et tu mihi ista dicis. Surgens ergo abiit in egyptum. Quod cum audissent homines circumquaque habitantes offerebant ei multa. Venit etiam ad eum virgo quaedam fidelis volens obsequium suum seni infirmo dependere. Et post aliquantum temporis cum paululum de egritudine qua tenebatur melius habuisset incurrit in eam. Et illa concepit. Interrogata autem a vicinis loci illius unde concepit. Illa respondit de sene hoc. Illi autem non credebant. Senex vero dicebat. ego hoc feci sed custodite infantem quem peperit. Quae cum genuisset puerum et ablactatus fuisset: tulit senex infantem in humeris suis. Et die qua erat festiuitas in schyti occurrit ibi et intrauit ecclesiam coram multitudine fratrum. Illi autem videntes eum fleuerunt. Qui dixit fratribus. Videte infantem hunc. filius est inobedientie. Cauete ergo vos o fratres a consortiis mulierum eo quod in senectute hoc feci. et orate pro me. Et pergens ad cellam suam ad initium primae conuersionis reuersus est. Unde Bern. Cum femina se-

per esse et feminam non cognoscere: nonne plus est quam mortuum suscitare: quod minus est non potest: nec quod maius est. Unde Hieronymus. Si pudiciciam seruare queris: feminam quam bene videris puerantem mente dilige: non corporali presentia. Unde Gregorius scribit in registro. Quod beatus Augustinus. nec cum sorore habitare pensit.

**I**ncipit tractatus de sex operibus misericordie. Et primo de corporalibus.

**O**pera misericordie corporalia sunt sex. **P**rimum est cibare esurientem. **U**n. Elai. lviij. Frange esurienti panem tuum. **S**ecundum est potum dare sitienti. **M**atth. x. Qui potum dederit uni ex minimis meis calicem aque frigidae: non perdet mercedem suam. **S**unt quidam a deo duri et immisericores qui potius dant porcis et canibus quam pauperibus: quia plures diuites melius pascunt suos canes quam pauperes. si preparando canibus offam vel dando eis carnes de quibus pauperes possent reficere de quibus omnibus tales diuites districtam reddituri sunt rationem. **I**nsuper aliqui tam auari et tenaces sunt quod potius id quod remanet permittunt putrefieri quam ex nimia parcitate: quam quod pauperibus erogarent. **U**nde dominus de maximo prouiso quod faciet sanctis suis repellat eos cum confusione magna nihil eis dando. quod hic de mensa sua nihil ei dederunt. ut patet in diuite epulone et pauere lacaro. **L**uce. xvi. **U**nde etiam Gregorius. Dei misericordiam non potest promereri: qui hic misericors non fuerit. **U**nde Beda super epistolam Iacobi. Sine mi-

misericordia indicabitur ille qui cum possit non fecit misericordiam. Ex his patet quod periculose stant tales tenaces diuites qui deum grauius offendunt et contra charitatem proximi faciunt: et contra animas proprias grauius peccant: quia tales quodam modo comparantur furibus et raptoribus. Ambrosius in sermone. Non minoris est criminis habenti tollere quam cum possis indigentibus denegare. An etiam Basilius? Nonne inquit spoliator es: qui dispensanda suscepisti propria reputando: Est etiam panis famelici quem tu tenes: nudi tunica quam in pelauis seruas: discalciati calcei qui penes te marcescunt: indigentis argentum quod possides humatum. Unde christus dixit in euangelio. Lucae. xviij. Quam difficile qui pecuniam habent regnum dei intrabunt. Item est malum signum cum quis durus homo non potest audire clamorem pauperum: et si audit: tamen non compatitur nec miseretur: quia est signum peruersitatis: et quod non est in charitate dei. Et ex hoc sequitur quod est in statu donatorum. An j. Job. ij. Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauerit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei in eo manet: quali diceret nullomodo. Augustinus de ciuitate dei. Misericordia est alienae miserie in nostro corde compassio: quia utique si possemus beneuolentiam compellimus. An dicitur duris cordibus dicitur Proverbia. xxj. Qui obturat aurem suam ad clamores pauperum: et ipse clamabit et non exaudiet. Et ergo ut diuites misericordiam dei consequantur tunc ipsi debent esse misericordes pauperibus. An Mattheus. v. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ambrosius in epistola ad Nepotianum. Non memini me legisse mala morte mortuum: qui libenter opera pietatis exercuit: habet enim multos intercessores: et im-

possibile est preces multorum non extendi. Tertium est recipe peregrinos ad hospitium: hoc tam utile est et deo tam acceptum ut quicquid etiam ad litteram angeli sunt ad hospitium recepti: imo etiam quicquid ipse christus visibiliter ut in emaus. Sed sunt quidam a deo auari qui nullum pro deo hospitare volunt nisi habeat expendere. Et sic expellunt pauperes a domo sua: cum tamen christus dicat in euangelio. Qui vos recipit me recipit et eadem mensura qua mensi fuerit. Et ergo si claudis ianuam pauperi: sic christus facit et tibi cum ueneris dicens illud Matthei. xxv. Domine domine aperi nobis. Respondet. Amen dico uobis nescio uos. Sed bonis electis suis dicit illud Matthei. xxv. Hospes fui et collegistis me. Venite benedicti patris mei. Et his sequitur quod multum reprehensibiles sunt illi diuites qui habent latas domos: et potius permittunt eas vacare: quam pauperes in eisdem propter deum uellent hospitare: cum tamen laudabile esset quod quilibet diues ad minimum haberet unum pauperem in domo sua: ut illud quod sibi ipsi in mensa subtraheret: siue in comederet siue in bibendo: hoc illi pauperi daret ut sic posset mereri vitam eternam. Quartum est nudos tegere. Quantum ante hoc placeat deo hoc patet in beato Martino: quem christus coram omnibus sanctis et angelis in celo existentibus commendauit dicens: Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. Unde ammonet unumquemque hominem per Esaiam prophetam dicens: cum uideris nudum operi eum. Lucae. ij. Qui habet duas tunicas det unam non habenti. Item quia hoc opus misericordie non ita faciliter exercetur. Quia unus facilius dat pauperi frustum panis: vel recipit per noctem unum ad hospitium quam

## De operibus misericordie xx

q̄ daret sibi tunicā. Et etiā dicitur durat) Ergo dicitur mulieres debent filare: et nō ociose incedere. quia quibus ipse non indigeant pro se: tamen multi paupes sunt qui bene indigent. Exēplo beate **E**lisabet q̄ filabat cū ancill' suis: et inde paupibus vestes faciebat. Unde **A**ugustin' in libro de vita christiana. Illam elemosynaz deus approbat quē de iustis laboribus ministrat. Sicut scriptum est: honora dominum de tuis iustis laboribus. **U**n̄ christus dicit talibus in iudicio illud **M**atth. xxv. Quid' fui et cooperuist' me. Quia ita acceptum est ei quasi eum in cruce nudum pendentem cooperuisses. **U**n̄ **M**atth. xxv. Quid' vni ex minimis meis fecerit' mibi fecist'. **Q**uintum ē visitare infirmos: hoc multum acceptū est christo quasi ipse per se iaceret infirmus hic: et eum visitares. Quia omnes passus talium numeratur ab angelis: et renumerantur a christo in vita eterna. Contra hoc faciunt qui pauperes et infirmos a domo expellunt: vel si retinent: vt canem sub gradu locant: nec melius ei q̄ cani faciunt. **N**ō sic est faciendum imo est eis benefaciendum quasi angelo: vel etiaz quasi ipsi christo: qui diciturus est in iudicio. Infirmus fui et visitast' me. **S**extum opus misericordie est victos visitare et redimere: siue boni siue mali sint aliqua eis ministrando. Si boni: posse liberari debent. Juxta illud **P**s. Egenū de manu peccatoris liberate. Qui hoc facit: si q̄ redimit captos innocenter a raptoribus et ab alijs mal' hominibus: opus misericordie exercet et similis erit deo. **U**n̄ **P**s. De' quis similis tibi: eripiens in opē de manu fortior ei'. Si nō mali: tūc saltem libera-

di sunt ab eterna morte: sed monēdo eos ad penitentiam et contritionē de peccatis suis: et q̄ offerat deo illā ignominiosā et amarā mortē quā sustinere eos oportet pro peccatis suis: quia hoc est multū vtile homini et deo acceptū. **U**n̄ questio est **E**trum pena mortis dirimat aliquid de pena debita pro peccatis: Rūdeo s̄m beati **L**ib. in. iij. dist. xx. Mors natural' est pena sequens originale peccatū: et quasi iā in naturā pulsa: et ideo pro mortē naturalē nō purgat aliquid de peccato actuali: s̄ per mortē illatā bene potest purgari aliquid. **U**n̄ si aliquis mortem illatā patienter sustineat pro alijs criminibus: sic illata valet ad diminutionē penę: et ad liberationē etiā a tota pena s̄m quantitatē culpe et patientie et contritiōis. **I**tem sciendū q̄ **S**cot' sup. iij. sententiarum dicit. Quod si quis infirmus cū iā videt se vti q̄ moriturū: mori vult et plene p̄sētiri mortē: ac si pro seipm mortē elegisset: penam mortis sic patienter sustinēdo satisfacet pro omnibus peccatis venialibus: imo aufert aliquid ad satisfaciendū pro mortalibus. Quare per omnia laudabile est in isto voluntatē suam diuine conformare. **I**tem queritur de suspensione et decapitatione an debeat eis dari corp' christi: Rūdeo. Si sūt p̄fess' et penitent: nō debet eis denegari. xij. q. ij. c. fi. **I**tem querit' de suspensis an sint sepeliendi in cimiterijs an nō: Rūdeo s̄m **H**ostien'. Quod sepeliendi sunt dūmō tñ penituerūt. Sed tñ q̄ ad h̄ vt de patibulo deponant: requirit' licentia iudicis secularis: ne iniusticia p̄tēni videat' et sic loquūt' leges. Sed ipsam licentiā ipse iudex denegare nō debet. **E**x h̄ijs iam dictis patet q̄ est salubre tales homines monere ad penitentiam quia possibile est q̄ quis in vno homine tali potest mereri vitam eternam. Et ratio ē

quia fm Gregl. Maximum sacrificiū  
est celus animarum. imo plus est deo  
acceptum 7 homini meritorium vnaz  
animam lucrari: q̄ aureum montem  
deo offerre. Quia vna anima p̄cel-  
lit omnes thesauros toti mundi. **U**  
**de Augustinus.** Sicut deus omnem  
creaturam: sic anima omnem corpore  
am substantiam natura 7 dignitate p̄-  
cellit. **U**nde etiam **Bern.** Lotus mū-  
dus ille precium vnus animę estima-  
re non potest. nō enim p̄ toto mundo  
animam suam daret christus: quā p̄  
**S** humana anima dedit. **S**cienduz etiā  
q̄ multum salutiferū est talib⁹ amarā  
mortem 7 passionem christi reducere  
ad memoriam. **U**nde **Gregorius.** Si  
passio christi ad memoriam reducitur  
nihil tam durum quod nō equo ani-  
mo teleretur. **Bern.** Quid est qd̄ tibi  
non suauē videtur: si collegeris 7 me-  
moraueris omnes amaritudines salua-  
toris: **E**t signanter cogitandum ē de  
talibus. **Q**uomodo christus nonies ē  
ductus p̄ salute peccatorum. **E**t p̄mo  
modo mox vt captus fuit: tunc duct⁹  
fuit ad annam. **S**ecundo ab anna ad  
caypham. **T**ertio a caypha ad pylatū  
**Q**uarto a pylato ad herodem. **Q**ui-  
to econuerso ab herode ad pilatum.  
**S**exto milites duxerunt eum intus in  
atrium: 7 illuserunt ei percutientes ca-  
put eius arūidine. **S**eptimo duxit eū  
pilatus foras de p̄torio portante co-  
ronam 7 vestem purpuream. **O**ctauo  
ad locum vbi pro tribunali iudicatus  
est ad mortē. **N**ono extra ciuitatē ad  
locuz caluarie vbi crucifixus est. **E**t re-  
memorādo tales transitus christi: of-  
ferre debent transitum illum 7 mortē  
7 p̄nam ipsi christo pro peccatis suis  
**E**t debent habere bonum propositum  
q̄ amplius nunq̄ vellent peccare: si di-

ntius viuere deberent: et sic deo cōmit-  
tere animas suas. **U**nde exemplum le-  
gitur. **F**uit miles quidam nobilis sed  
criminofus: qui tempore quodā ab in-  
imicis suis captus est: et q̄ valde mor-  
tales erant inter eos inimicitie. visus  
est eis expedire vt in instanti occideretur.  
**L**ernens vir nobilis sibi mortem  
imminere 7 nullum esse remedium vi-  
te supplici voce dixit ad illos. **R**ogo  
vos intuitu dei ad modicum tempus  
mortem differre dignemini: vt alicui  
sacerdotum possim peccata mea confi-  
teri. **R**esponderunt illi: non esset nob̄  
hec dilatio tuta. **C**ontingere possz vt  
cognati tui 7 amici venientes eriperēt  
te de manibus nostris 7 esset error no-  
uissimus peior priorē. **L**ui cum prece  
pissent vt se prosterneret ad decollan-  
dum. **D**ixit hoc verbum. deus tu scis  
voluntatem meam. **E**t subiunxit. **A**nī-  
mam meam virginis filio committo.  
**S**icq̄ decollatus est. **E**t erat tunc q̄-  
dam obsessus in ciuitate: cui cum dice-  
rent quidam audita morte tanti tyrā-  
ni modo magnum gaudium habetis  
propter animam illius facinorosi mili-  
tis. **R**espondit d̄mō. **R**equa q̄ vnū  
enim verbum moriens protulit prop̄  
quod saluatus est. **U**nde **Bern.** **M**a-  
ior est dei pietas q̄ quēuis iniquitas  
**S**icut enim scintilla in medio maris:  
ita omnis malicia hominis ad dei mi-  
sericordiam.

**U** De sex opib⁹ misericordie sp̄ialib⁹  
**O**pera misericordie spiritua  
lia meliora sunt 7 nobilioza 7  
utilioza q̄ corporalia. **Q**uia  
tanto illis corporalibus p̄feruntur:  
quato spirit⁹ corpori auferitur. **E**t etiā  
quia quilibet homo potest ea omni tē-  
pore exercere: sed secus est de corporali-  
bus: quia pauper non habet hospita-

## De operibus misericordie xx

re. et sic de alijs. **P**rimus est instruere simplices ignorantes et errantes. hoc rando eos ut a via erroris resipiscant tum propter dei offensam cauendam tum propter penam declinandam. tum propter celestem gloriam consequendam. reuocando eis ad memoriam quomodo momentaneus est quod delectat et eternum quod cruciat. et his similia. **E**t notandum quod talis informatio debet fieri cum lenitate. **S**all. vi. Si pre occupatus fuerit quis in aliquo delicto vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. **E**t sciendum quod instructio fraterna in duobus consistit. videlicet in verbi exhortatione. et sic literati instruunt exhortando. et boni exempli ostensione ut boni et simplices vitam suam ostendendo ut errantes videntes habeant instructores ne se valeant ex ignorantia excusare. **S**ciendum quod bonum exemplum et bona doctrina est multum utile in ecclesia dei. hoc patet quia ad exemplum bonorum hominum multi mali homines qui sunt inimici dei in quadragesima ieiunant: qui alias nunquam ieiunaret (quod deum non multum diligunt) si exemplum ieiunandi in alijs bonis hominibus non viderent. **I**tem ad opera misericordie prouocantur. si quando vident alios elemosynam dare. **I**tem ad audiendum verbum dei missas et sic de alijs bonis operibus. **I**tem propter exemplum bonorum multi peccatores conuertuntur a peccatis et penitent: et sic saluantur qui alias damnarent. si exempla bona in alijs non vidissent. **U**nde **G**regorius. Nunquam peccatores ad lamentum penitentiae redirent: si nulla essent exempla bonorum que eorum mentem traherent. **I**tem sciendum quod est homini valde meritorium dare bonum exemplum et bonam doctrinam

alijs. **Q**uia ex hoc gaudium et meritum eorum augmentatur quotidie in celo. **U**nde **C**esarus. Quatis exempla vere humilitatis et perfecte charitatis ostenderis: cum tantis et pro tantis eterna premia possidebis. **S**ecundum est corripere delinquentem in fraterna charitate dicendo. **T**u quis es: qui audes deum ad iracundiam prouocare. proximum scandalizare: et teipsum in corpore et in anima damnare. **T**ime deum et noli hanc rem pessimam facere. **U**nde **A**plos **R**om. vocauit nos deum in iudicia sed in sanctitatem. **E**t talis correctio debet fieri cum lenitate non clamorose. aliter esset pluresusio quam correctio. **M**atth. xviii. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum in te et ipse. **I**tem debet fieri ex charitate non ex indignatione vel ex contemptu. et cum utilitate illi. quem corripis: sic quod non gratias ostentatione seu preteritis: sed illi utilitate. **U**t autem correctio firma fiat cum lenitate et ex charitate tunc ille qui vult corrigere alium debet quinque consideraciones habere. **Q**uamquam tres ponit **A**ugustinus super **M**atth. vii. **H**ypocrita ecce tibi de oculo tuo. **R**eliquas duas ponit **B**ertrandus in moralibus. **P**rimum est quod debet considerare si est ei filius. si est in eodem peccato vel equali vel maiori: tunc maxime si peccatum est notorium non debet omnino corrigere. sed seipsum debet prius emendare et tunc ad penitentiam commouere. **A**lter possit sibi dicere illud. ad **R**omanos. ij. **Q**uid alium doces teipsum non doces. **A**ugustinus. **I**udex in nullo eorum sit iudicandus qui in alio iudicare est paratus. **Q**ui non ex officio tenet corrigere delinquentes non debet hoc facere in peccato mortali: sed ad minimum propter de peccatis suis. **S**i autem non est ei filius: tunc debet secundo considerare si aliquis fuit ei filius: tunc sic nolebat despici sed compassione ei impendit: sic nec ipse debet fratrem suum peccantem et penitentem despiciere: sed con-

passionē 7 miam ei exhibere. **Eccl̄i. viij.**  
**Ne despicias hominem auertentē se a pec-**  
**cato: 7 non iproperes ei. Memeto quā-**  
**sum oēs in corruptione. Si autē nō es**  
**ei similis: neq; aliquis fuisi: tūc debes ter-**  
**tio cogitare q̄ potes ei fieri similis in fu-**  
**turo. Et ideo ratiōe talis dubij nō de-**  
**bes superbire: s̄ delinquentib; p̄descēde-**  
**re. j. Cor. x. Qui se existimat stare. vi-**  
**deat ne cadat. Augustinus. Nemo est**  
**qui securus esse possit in hac vita q̄ tota**  
**temptatio nominat. Si autē non es si-**  
**milis ei nec ei vnq̄ fuisi similis: 7 de dei**  
**bonitate p̄dis q̄ nunq̄ eris ei similis**  
**tunc debes quarto videre si ille q̄ sic est**  
**reprehensibilis sit ne in aliq̄ cōmendabi-**  
**lis. Si ille qui h; tot defectus aliquos**  
**etiā habeat p̄fectus. Et tūc ratiōe ho-**  
**norum illorū quę habet debes suppor-**  
**tare euz in his q̄ min⁹ habet. Un̄ Apo-**  
**cal. ij. volens ap̄ls reprehendere ep̄n 3**  
**ep̄helio. Primo ponit quoddā vitijz**  
**q̄d habuit dicens: Habeo p̄tra te pau-**  
**ca quia charitatē tuam primā reliqui-**  
**sti. Sed statim ponebat quoddam bo-**  
**num q̄d habebat dicens. Sed hoc ha-**  
**bes bonū q̄ odisti factā nicolaitarū: q̄**  
**7 ego odi. Similit̄ volens reprehende-**  
**re ep̄m sardis. Primo ponit quendam**  
**suū defectū dicens. Nō inueni opera**  
**tua plena corā deo meo. Deinde statim**  
**ponit quendam suū p̄fectū dicens: Sed**  
**habetes pauca noīa in sardis: q̄ non cō-**  
**quinauerunt vestimenta sua. Ecce p̄**  
**q̄ ap̄ls posuit illa in quib; illi ep̄i erāt**  
**reprehensibiles: statim subiūxit illa in quib;**  
**erāt cōmendabiles: ad innuēdū q̄ si ali-**  
**quis propter aliquod vitijz est rep̄bē-**  
**tendus: si tamen habet aliquod bonū**  
**est nihilominus supportandus. Da-**  
**to autem q̄ aliquis videatur omnino**  
**esse malus: nec habere aliquod bonūz**  
**propter quod sit tolerandus: tunc de-**

bet cogitare quinto q̄ isse qui sic vide-  
tur esse malus forte in conspectu dei ē  
sibi in merito p̄ferendus. Et ponit  
exemplum sanctus Gregorius de san-  
cto Stephano 7 sancto Paulo. Nā  
cum beatus Stephanus consentiēte 7  
adiuuante paulo lapidaret. tunc Ste-  
phanus oīno erat bon⁹. 7 Paul⁹ oīno  
videbat esse malus. 7 tū in conspectu  
dei Paulus qui sic erat malus Ste-  
phano in merito 7 in p̄mio fuit p̄ponē-  
dus. ¶ Querit vtrum correptio fr̄na  
sit in p̄cepto: Rūdeo s̄m beatū Tho-  
se. se. q. xxiiij. q̄ sic. s̄ quia p̄ceptū affir-  
matiuū nō obligat ad sp̄. s̄ p̄ loco 7 tpe  
Un̄ 7 omissio eius sit r̄p̄r. Uno mō  
fit meritoze: vt q̄n q̄s optunū tēp̄ in-  
quirit. vel d̄ ipsiis metuit ne deteriores fi-  
ant: vel ad bonā vitam 7 alios impediāt  
7 hmōi. Secūdo mō omittit̄ cum pctō  
mortali. s̄. cuz formidat̄ iudiciū vulgi  
vel carnis cruciatio siue pemptio. dū  
mō tū h̄ ita d̄nent̄ in aīo q̄ sine chari-  
tati p̄ponant̄. Tertio est pctm̄ veniale  
q̄n se 7 timor 7 cupiditas tardiozem fa-  
cit ad corrigendū delictum fratris nō  
tū ita q̄ si constaret ei q̄ fratrem posset  
a peccato retrahere: dimitteret prop̄  
timorē vel cupiditatē quinimo in aīo  
p̄ponit charitatē. Ut dicit beatus Aug⁹.  
Utrū s̄diti teneant̄ p̄latos corrigere  
Rūdeo s̄m beatū Tho. vbi sup̄. Sub-  
diti nō tenentur nec debent corrigere p̄-  
latos correptione illa q̄ est iusticię. i. p̄  
correptionē p̄ene. Tenent autē corre-  
ptiōe illa q̄ est charitat̄. si in eis est ali-  
qd corrigibile. ita tū q̄ nō cum p̄uia:  
s̄. cū māuetudine 7 reuerentia. Utrū  
correctio fratna sit p̄p̄ scādaliū dimit-  
tenda: Rūdeo s̄m beatū Thomam  
se. se. q. xxiiij. Correctio fratna ordiat̄  
ad emēdationē fr̄is 7 ideo in tū est cō-  
putāda inter sp̄nalia bona: in quantū

## De operibus misericordie xx

hoc hō psequi potest. qd nō cōtingit si  
ex correptione fratrl scādaliçet. 7 ideo  
ppter scandalū correptio dimittat. nō  
**D**imittitur spirituale bonū. **P**otan  
dū q̄ quis correctio fina sit sub p̄ce  
pto: 7 ad hāc omnes teneamur. p loco  
7 tpe. s. qñ licet 7 valet. **S**unt tñ quin  
q̄ casus in quibz enadamus hoc p̄ce  
ptū. **P**rim⁹ est cū non est spes corre  
ctionis. **U**n̄ **P**rouerb. ix. **N**oli argue  
re terrosore ne forte odiat te. **S**ecund⁹  
cū timef defect⁹ p̄bationis. vt cū quis  
de crimine corripitur qd non p̄t p̄ba  
ri. tunc enī corripens obligaret ad ta  
lionē si deficeret in probatiōe. **T**ertio  
cum p̄elato tanq̄ iudici notum ē fa  
ctū. **Q**uarto cū meliori operi relaque  
bono vacare aliquis intendit. **Q**uinto  
cū multitudo 7 ptās est in culpa. tunc  
correctio plus noceret q̄ p̄deslet. quia  
multitudo difficulter corrigit 7 ptās.  
**T**ertiu op⁹ mīe spūale est p̄solare fi  
delit oēs in tribulatiōe positos. **H**oc  
sup̄ modū est meritoriu apd̄ deū ac si  
ipsuz p̄solatus fuisses cū pepēdit ī cru  
ce. cū dicere potuit illud **P**s. **Q**uesi  
ui q̄ p̄solaret. 7 nō ineni. **A**nde natu  
ra docet cōpati p̄ximis. s. p̄z in p̄ci q̄  
sibi mutuo ex naturali inclinatiōe cō  
patiuntur. hoc cognoscatur in hoc. q̄a  
cum vnus p̄rens lēditur. tunc omnes  
accurrūt. sic 7 nos cōpati debem⁹ fr̄ibz  
n̄ris. **U**n̄ **B**reg⁹. **D**ēs fr̄es sum⁹ dei po  
testate p̄diti: 7 ei⁹ sanguine redēpti. et  
idcirco fr̄es n̄ros quantūlibet paupe  
res 7 abiectos ī nullo respicere debem⁹  
**E**t tal cōpassio est signū bonitatē in ho  
mie. **U**n̄ **B**reg⁹. li. xxiij. moral. **T**anto  
q̄sq̄ p̄fectior est. q̄nto p̄fecti⁹ alienos  
dolores sentit. imo naturale ē q̄ vnuz  
mēbrū cōpatitur aliq̄ mēbro. **A**pl̄s. j.  
**C**or. xij. **S**i qd patit vnū mēbrū. **E**r  
go q̄ nō cōpatit p̄xiō est q̄si mēbrū q̄b

scisuz a mystico corpe xp̄i. **Q**uia chri  
stus ē caput. 7 oēs ch̄ristiani in gr̄a exi  
stētes sūt mēbra eiusdez capitl. **A**nde  
**B**reg⁹. **N**ō alit̄ redēptorl n̄ri mēbra  
efficiū: nisi adherēdo 7 cōpatiēdo. p̄xi  
mo. **Q** aut̄ magnū 7 acceptū sit coraz  
deo cōpati proximo ostendit **B**eatus  
**B**reg⁹. li. ij. moral. di. **E**xteriora nāq̄  
largiēs aliqd̄ ex semetip̄m t̄buit. **Q**ue  
ho fletū ac cōpassionē p̄xiō p̄buit ali  
qd̄ ei ex semetip̄o dedit. **I**te cōpassio ē  
crux spūal: quā debem⁹ portare p̄ iesū  
**U**n̄ **B**reg⁹. i. omel. **S**i q̄s vult venire  
p̄ me t̄c. **D**u ob̄ mōis crux ch̄risti tolli  
tur. s. cū p̄ abstinētiā corp⁹ affligit. aut  
p̄ cōpassionē ch̄risti aīm⁹ p̄tribulat.  
**Q**uartū ē indulgere offensouibz n̄ris **P**  
toto corde 7 eos diligere. **M**atth̄ei. v.  
**D**iligite inimicos v̄ros: bñfacite his q̄  
vos oderūt. **A**ug⁹. in ser. de btō **S**te  
phano. **P**er amorē hōis inimici effici  
aris amīc⁹ dei. **U**n̄ q̄libz libet dz igno  
scere offensouibz suis. vt de⁹ ignoscat si  
bi offēsa suā. **U**n̄ **L**u. vi. **D**imittite et  
dimitemi. **A**ug⁹. d. verb apl̄i. **U**nus  
q̄sq̄ talē indulgētiā acceptur⁹ ē: q̄lē ip̄e  
dedit proximo. **E**t tanta posset esse of  
fensa: et cum tali feruore posses indul  
gere proximo q̄ deus per hoc indulge  
ret tibi omnia peccata tua. **U**n̄ **B**reg⁹  
in omel. **Q**ui in se peccanti clementer  
indulsi. nullū pcti vestigiū ī ei⁹ aīa re  
manebit. **U**n̄ **Q**rit̄ circa iā dicta. p̄  
mo vtz diligere inimicos sit de necessi  
tate salutē. **R**ñdeo fm **T**homā secur  
da secunde. q. xxvij. **D**ilectio inimico  
rū t̄pliciter p̄t p̄siderari. **U**no mō vt di  
ligat̄ inimici in q̄ntū inimici. **E**t s̄ ē di  
ligere malū alit̄. **A**lio mō q̄ntū ad na  
turā: s. ī vniūsalī. 7 sic dilectio inimi  
corū est de necessitate salutē. vt s. aliquis  
diligens deum et proximum: ab illa  
generalitate inimicos non excludat

Tertio modo potest considerari in speciali. ut  
scilicet aliquis in speciali moueat motu di-  
lectionis ad inimicos. Et istud non est  
de necessitate salutis absolute. quia nec  
moueri motu dilectionis in speciali ad  
quoslibet homines singulariter est de neces-  
sitate charitatis absolute: sed secundum prepara-  
tionem animi. ut si homo habeat animus  
preparatum ad hoc quod singulari amo-  
re inimicum diligeret si necessitas occur-  
reret. Sed quod absque necessitate articulo  
diligat pertinet ad charitatem perfectio-  
nem. **I**tem querit utrum sit de neces-  
sitate charitatis quod aliquis signa vel effe-  
ctus dilectionis inimico exhibeat: Re-  
spondeo secundum beatum **A**ugustinum. **L**ib. se. se. q. xxv. **S**icut homo in communi tenet diligere in-  
imicum et non in speciali. nisi secundum prepara-  
tionem animi (ut nunc dictum est) ita si-  
gna et effectus dilectionis que in commu-  
ni consueverunt primo exhiberi tenentur  
etiam inimico exhibere. puta cum aliquis  
orat pro omnibus fidelibus vel pro toto mun-  
do. vel cum aliquis aliquid beneficium impen-  
dit toti communitati. tunc etiam hoc inimi-  
cis exhibere est de necessitate precepti. et  
contra facere pertinet ad liuorem videlicet.  
**S**pecialia vero beneficia vel dilectionis  
signa que quis exhibet particulariter aliqui-  
bus personis: quod inimico exhibeat non est  
de necessitate nisi secundum preparationem ani-  
mi. ut si inueniret in articulo mortis. secundum  
illud **P**rou. xxv. Si esurierit inimicus  
tuus ciba illum etc. Sed hoc facere propter  
necessitatem articulum pertinet ad perfe-  
ctionem charitatis. pro qua aliquis non  
solum cauet vinci a malo: sed etiam vult vi-  
cere in bono malo. Quia. si non solum  
cauet ne propter iniuriam sibi illatam protra-  
hatur ad odium: sed etiam intendit inimicum  
ad suum amorem protrahere. Item querit utrum  
inimico veniam petentibus teneam remitte-  
re: Respondeo ex iniuria vel damno dato

alicui solent in eo cui sit iniuria tria oriri.  
scilicet. rancoris in affectu. signum rancoris  
in effectu. et accusatio iuris contra ini-  
uriantem. Primum et secundum tene-  
tur homo statim remittere. sed tertium  
non nisi satisfaciatur secundum suum posse.  
**Q**uintum est ferre persecutiones et tri-  
bulationes patienter. **U**n. **A**pl. Per-  
secutiones patimur et sustinemus. **M**at-  
th. v. Beati qui persecutionem pati-  
untur. **I**sidorus de summo bono. Im-  
possibile est homo nisi non gustet an-  
gustias. dolor et tristitia omnibus com-  
munia sunt. **Q**ui ergo in flagellis mur-  
murat. deum plus irritat. qui aduer-  
sa patienter tolerat. deus citius placat.  
**S**ciendum autem quod libenter debemus  
sufferre tribulationes ut per has libera-  
mur a futuris malis. **G**reg. Misericor-  
diter adhibet deus temperantem seue-  
ritatem: ne eternam inferat ultionem. **I**deo  
hic quibusdam parcit ut eos in eternum  
feriat. **I**deo hic ferit non parcendo: ut  
in eternum parcat. **S**ecundo quia de  
singulis sufferentibus singulariter glo-  
rificamur. **A**postolus. Non sunt con-  
digne passionibus huius temporis. **I**si-  
dorus de summo bono. **Q**ui vite futu-  
re premia diligenter excogitat: mala  
omnia vite presentis equanimiter por-  
tat quando ex illius dulcedine huius  
amaritudinem temperat. **S**extum  
est orare pro inimicis. hoc christus do-  
cuit verbo et exemplo. **P**rimo verbo et  
doctrina cum dixit **M**atth. v. Orate  
pro persequentibus et calumniantibus  
vos. ut sitis filii patris vestri qui in ce-  
lis est. qui solem suum oriri facit super  
bonos et malos. et pluit super iustos et  
iniustos. **S**ecundo docuit hoc exemplo  
cum pro crucifixoribus suis oravit in  
cruce dicens. **P**ater ignosce illis  
quia nesciunt quid faciunt. **H**anc



## De oratione dominica XIX

doctrinam bene didicit **B**ea<sup>tu</sup>s **S**tephanus qui stando pro se oravit sed flexis genibus oravit pro inimicis. **U**t habetur actuū. vi. **S**ic et nos debemus sequi doctrinam et exemplum christi: et fideliter orare pro inimicis nostris. **U**n<sup>de</sup> **G**regorius. Ille preces suas multū valere facit qui eas pro inimicis effudit. **S**ed heu aliqui petunt vindictā a deo super inimicos suos. **U**n<sup>de</sup> **G**regorius. **I**n<sup>ter</sup> dicitur deus ut diligatur inimicus: et tamen rogatur deus ut occidat inimicum. **Q**uisquis sic orat: ipse suis precibus contra conditorem pugnat. **E**t talis vindictina oratio est multum periculosa homini invidio: quia hinc dei iusticiam homo iste reus est ut sibi hinc malum contingat quod alijs hominibus sic orando optat. **I**n<sup>super</sup> omnia bona opera que talis invidus operatur: non sunt sibi meritoria nec deo accepta. **U**n<sup>de</sup> **A**ugustinus in tertio sermone de beato **S**tephano. **N**emo se circumveniat nemo se seducat. **Q**ui vel unum hominem in hoc mundo odio habet: quicquid deo in bonis operibus obtulit: totum perdet.

**E**xPLICIT tractatus de sex operibus misericordie.

**I**NCIPIT expositio super **O**rationes dominicam.

**O**mnis una  
omnes in oratione estote. **i.** **P**etri. **iiij.** **S**icut dicitur glo. sup illud **P**s. **A**pod me oratio mea vite meę. **U**n<sup>de</sup> quod iustificat homines in hac vita est ieiunium elemosyna et oratio. **E**t ista tria commendant maxime a deo: et tunc oratio maxime precellit alia duo in quibus. **P**rimo in faciente: quod officium est mul-

tū facile: quod debilis non potest ieiunare: nec pauper elemosynā dare: quilibet tamen potest orare. **U**n<sup>de</sup> **P**s. **A**pod me oratio mea semper. **U**n<sup>de</sup> **I**sidorus. de summo bono. **O**ratio est cordis non labiorum: non enim verba deprecantur deus attendit: sed orantem cor inspicit. **M**elius est cum silentio orare corde sine sono vocis: quam solis verbis sine intuitu mentis. **E**rgo quilibet potest orare etiam mutus saltē mentaliter: vel etiā in agone constitutus. **S**ecundo precellit oratio in iocunditate et honorabilitate. **N**ihil indelectabilius nec honorabilius est homini quam loqui cum deo omnipotenti. **U**n<sup>de</sup> **A**ugustinus super **P**s. **lxxv.** **O**ratio tua locutio est ad deum: quando loquis deus tibi loquitur: quando oras cum deo loqueris. **E**rgo in signum huius multa sunt officia que aliquibus cederent ad decus: de quibus veretur darentur sicut arare et fodere. **S**ed orare quantumcumque nobili cedit ad decus et honorem: hoc patet quia qui devote orat cum rege celesti loquitur. **E**rgo debemus cum reverentia orare propter dignitatem regis cum quo loquimur in oratione. **T**ertio precellit oratio in dignitate: quia si oratio eo modo fiat quo debet: scilicet devote et attentē. **T**unc hinc **W**ilhelmum lugdunensē. **O**ratio est encenium deo valde gratum et ministerio angelorum dignum. **U**n<sup>de</sup> **L**obis. **xij.** dixit angelus ad **L**obiam. **Q**uando orabas cum lachrymis et sepeliebas mortuos: ego obtuli orationem tuam domino. **U**n<sup>de</sup> **B**ernardus super illud **P**s. **I**ntret in conspectu tuo oratio mea. **S**ane virtus magna pure orationis hic notatur: que quasi persona quedam ad deum intrat et mandatum peragit: quo caro pervenire nequit. **U**n<sup>de</sup> etiā **A**ugustinus loquens de dignitate orationis: dicit. **O**ratio